

J. G. Karl Burmann

**De poetis comoediae Atticae antiquae, qui commemorantur ab Aristophane :
commentatio philologica ...**

Berolini: Typis Expressit Carolus Feicht, 1868

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1687580103>

Druck Freier  Zugang  OCR-Volltext

DE POETIS COMOEDIAE ATTICAE ANTIQUAE,
QUI COMMEMORANTUR AB ARISTOPHANE.

COMMENTATIO PHILOLOGICA

QUAM

CONCESSU

AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

IN

LITFRARUM ACADEMIA ROSTOCHIENSI

SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

RITE CONSECTUS

SCRIPTAM EDIDIT

J. G. CAROLUS BURMANN,
PHILOSOPHIAE DOCTOR.



BEROLINI.

TYPIS EXPRESSIT CAROLUS FEICHT.

MDCCCLXVIII.

VIRO HUMANISSIMO DOCTISSIMO

ET RERUM MILITARIUM PERITISSIMO ET ARTIUM LIBERALIUM
FAUTORI BENEVOLENTISSIMO

BARONI EMANUELI DE KORFF

PRAEF. TURMAE EQUITUM, EQUITI ORDINIS AQUILAE RUBRAE C. GL. CET.

HUNC LIBELLUM QUALISCUNQUE EST ANIMI MEMORIS
AC GRATI TESTEM CONSECRATUM ESSE

VULT

DR. C. BURMANN.

Poetas comicos Atticos, etiamsi eos nisi ex fragmentis fere non cognoscimus — deperditae enim sunt eorum fabulae omnes praeter Aristophanis undecim — eis temporibus, quibus quisque floruerit bene recteque cognoscendis summo esse usui neminem fugiet, qui vel Aristophanis unam alteramve fabulam attento perlegit animo vel fragmentis quibusdam comicorum poetarum studium dedit. Non solum eorum, qui rei publicae praeerant, mores consuetudinesque qualescunque sunt ita ad animos nostros adducuntur, ut rerum publicarum scientia imbuamur, sed etiam in vitam Atheniensium domesticam introducimur. Ita fieri poterit, ut, si quis Aristophanis fabulis quae exstant et comicorum Atticorum fragmentis studium industriamque suam imponere voluerit, quamquam hominum, quos poetae in scenam producunt, mores non vere discripti neque res, uti gerebantur, repraesentatae sunt, vitam Atheniensium et publicam et privatam describere queat. Quod quum mihi proposuerim, ita materiam distinxi, ut, priusquam ex omnibus comicorum fabulis et fragmentis haurirem, res, quae ad literas ab Atheniensibus cultas et in honore habitas spectant, eas explicarem, quae ab Aristophane commemorantur. Qua in parte et de poetis comicis, tragicis, lyricis et de sophistis, Socrate mihi agendum erit. Quam rem, quum inter manus magis crescere viderem, quam id factum iri putavi, quum consilium scribendi caperem, ita circumscripsi, ut iam in hac particula prima nihil nisi poetas comicos apud Aristophanem pertractarem.

Unde orta sit comoedia ne Aristoteles quidem certo scit, quum tradit, ¹⁾ non nullos populos apud se ortam eam esse di-

1) Poet. 3: ἀντιποιοῦνται τῆς τε τραγῳδίας καὶ τῆς κωμῳδίας οἱ Δωριεῖς, τῆς μὲν κωμῳδίας οἱ Μεγαρεῖς οἱ τε ἐνταῦθα ὡς ἐπὶ τῆς παρ' αὐτοῖς δημοκρατίας γενομένης, καὶ οἱ ἐκ Σικελίας· ἐκείθεν γὰρ ἦν Ἐπίχαρμος ὁ ποιητής.

cere. Veri simillimum tamen videtur, ex Doriensium more in diebus Dionyso sacris et in aliis populum voluptate afficientibus festis iocandi et cantandi, quum ebrii saltantes — *κῶμοι* enim sunt saltationes in commissionibus usitatae — incederent et facies suas faecibus (*τρούξ*) illevisent, originem ducendam esse comoediae (*χωμωδία*, *τρουγφωδία*). Unde eam Susario Megarensis, qui, quum Theagene expulso (Ol. 45) libertas populi in dies magis cresceret, floruit, in Atticam transtulit, ubi ita excepta est, ut paullo post obmutesceret, sine dubio propter insulas cavillationes tum nondum Atheniensibus probatas neglecta. Satis longo temporis spatio interiecto, quum iam populi voluntas summa esset in auctoritate, Athenis iterum comoedia surrexit atque celeriter summis poetarum ingeniis id quod expeti potuit consecuta est. Nomina traduntur poetarum his temporibus fabulas docentium Euetis, Euxenidis, Mylli, Chionidae, Magnetis, Ecphantidae, Choe-rili, Tolyni. ²⁾

De tribus illis, quos initio posui, nihil fere nisi nomina nobis sunt nota, Chionidae commemorantur tres fabulae (*Ἡρώες Πτωχοί*, *Πέρσαι ἢ Ἀσσύριοι*), Magnetis vero mentionem facit Aristophanes in *Equit.* v. 520—525, in quibus dicit:

τοῦτομὲν εἰδὼς ἄπαθε Μάγνης ἅμα ταῖς πολιαῖς κατιούσαις,
 ὃς πλεῖστα χορῶν τῶν ἀντιπάλων νίκης ἔστησε τροπαῖα·
 πάσας δ' ὑμῖν φωνὰς ἰεῖς καὶ ψάλλον καὶ πετυργίζων
 καὶ λυδίζων καὶ φηγίζων καὶ βαπτόμενος βατραχεῖος
 οὐκ ἐξήρχεσεν ἀλλὰ τελευτῶν ἐπὶ γήρωι, οὐ γὰρ ἐφ' ἤβης,
 ἐξεβλήθη πρεσβύτης ὢν, ὅτι τοῦ σκώπτειν ἀπελείφθη.

Magnetem igitur Icariae natum non, ut Suidas et Eudocia dicunt, novem docuisse fabulas, duas reportasse victorias pro certo habebimus, sed Aristophani fidem habentes Anonymum de vita *Com. p.* 28 sequemur, qui dicit, undecies eum deportasse victoriam. Ad senectutem pervenit neque tamen cives eum, quum aetate provectus esset, in honore habebant; immo vero eiectus

²⁾ In iis rebus, in quibus ad rem mihi propositam spectantibus me adiuvare Aristophanes non poterat, subsidio mihi fuerunt: *Fragmenta comicorum Graecorum coll. et disp. Meineke.* (Vol. I. *Historia critica comicorum Graecorum* Vol. II. *Fragmenta poetarum comoediae antiquae*). — *Commentationum de reliquiis comoediae Atticae antiquae libri duo.* Scripsit Theod. Bergk.

est, quod sales eum deseruerant. Quanta varietate inventionis usus sit, id probant fabulae, quae inscribuntur *Βαρβιτισταί*, in qua in scenam producti sunt homines, qui cantarent barbitō lyrae quodam genere (ἢ δὲ βάρβιτος εἶδος ὀργάνου μουσικοῦ Schol.) adhibito, *Λυδοί*, cuius chorum efficiebant Lydi cantatores et saltatores, *Ὅρνιθες*, *Βάτραχοι*, *Ψῆνες*, quas omnes respicit Aristophanes quum dicit *φάλλων*, *λυδίζων*, *περυγίζων*, *ψηγίζων*, *βαπτόμενος βατραχείοις*, batrachio colore faciem oblinens. (ἔστι δὲ χρώματος εἶδος τὸ βατράχειον Schol.) Alii tituli fabularum a Magnete doctarum sunt *Δώνουσος*, cuius duplex recensio erat, *Τιτακίδης*, *Πόαστριαι* (Runcantes sive Hortum sterilibus herbis purgantes; nos *Iaeterinnen*) *Γαλεομομαχία*, in qua inerat proelium iuter mustelam et mures, De Ephantide quamquam apud Aristophanem nihil legimus, tamen id mihi videtur dignum quod commemoretur, quod a Cratino ei cognomen *Καπνίου* inditum est neque dubito, quum id factum sit, quod prisco et obsoleto more comoedias scriberet. 3)

Cratinus enim, ad quem nunc me vocat oratio, novam induit comoediae vestem eamque ita excoluit, ut celeriter summum fastigium assequeretur; natum eum esse Ol. 65, 1, obiisse non ante Ol. 89, 3 coniiici licet. 4) Nonnulla sunt, quae nova ob eo instituta esse dicuntur, sicuti non plures quam tres homines simul in scena colloquentes fecit, quorum numerus antea non certus fuerat, sicuti materiam a vita vulgari ad res publicas moresque eorum, qui civitati praeerant, transtulit. Bacchi donis vehementer fuit deditus; quam ob rem facetissime dicit Aristophanes, apoplexia correptum et mortuum esse Cratinum, (Pac. 702: ἀπέθανεν. τί παθῶν; — δ, τι; ὠρακιάσας· οὐ γὰρ ἐξηγέσχετο ἰδὼν πίδον καταγόμενον οἴνου πλέων.) quum invadentes hostes dolium

3) Th. Bergk, de reliqu. Com. Att. ant. p. 67.

4) Ol. 89. 3 vixisse Cratinum, sed senio confectum nihil iam in scenam produxisse ex Aristophanis versu 700 Pacis Bergkio auctore coniiicere possumus. Dicit enim poeta: Ἀπέθανεν (Κρατῖνος) ὅθ' οἱ Λάκωνες ἐνέβαλον, quod ita intellegit vir doctissimus, ut putet, cum primum Lacedaemonii in Atheniensium fines invaserint, fabulas docere desiisse Cratinum. „Longe acerbior est haec irrisio, si in vivum Cratinum quam si post eius obitum haec dicuntur.“ (Bergk, d. com. rel. p. 187.) Sed quanam illa Lacedaemoniorum invasio fuerit exquirere, supervacaneum videtur quum mihi persuasum sit, bellum illud Lacedaemoniorum fictum esse, ut temulentia poetae perstringi possit.

vini plenum frangerent. Eandem vinolentiam ridet poeta in Equit. vers. 400 sequ., in quibus choreutae dicunt, se ita Cleonem odisse, ut priusquam odium in eum ponerent, vel extrema et turpissima libenter paterentur atque etiam esse vellent unum de velleribus in lecto Cratino substratis, quae homo ille vinolentus commingere soleret. ⁵⁾ Fortasse ad eandem potandi consuetudinem spectant verba Ranarum v. 357: *μηδὲ Κρατίνου τοῦ ταυροφάγου γλώττης βαχχεῖ' ἐτελέσθη.* ⁶⁾

Iam venit oratio mea ad explicandos eos versus, qui summi momenti sunt Cratini condicionibus cognoscendis, quos legimus in Equit. v. 526—536:

*εἶτα Κρατίνου μεμνημένος, ὃς πολλῶν ρεύσας ποτ' ἐπαίνῳ
διὰ τῶν ἀφελῶν πεδίῳ ἔρρει, καὶ τῆς στάσεως παρασύρων
ἐφόρει τὰς δρυὸς καὶ τὰς πλατάνους καὶ τοὺς ἐχθροὺς προδελύμνους·
ἄσαι δ' οὐκ ἦν ἐν ξυμποσίῳ πλὴν Δωροῖ συκοπέδιλε,
καὶ τέκτονες εὐπαλάμων ὕμνων· οὕτως ἦνθησεν ἐκεῖνος.
νυγὶ δ' ὄυμεις αὐτὸν ὁρῶντες παραληροῦντ' οὐκ ἐλεεῖτε,
ἐκπιπτουσῶν τῶν ἡλέκτρων καὶ τοῦ τόνου οὐκ ἔτ' ἐνόητος
τῶν δ' ἁρμονιῶν διαχασκουσῶν· ἀλλὰ γέρων ὦν περιέρρει,
ὥσπερ Κοννᾶς, στέφανον μὲν ἔχων αἶον δίψῃ δ' ἀπολωλώς,
ὃν χρῆν διὰ τὰς προτέρας νίκας πίνειν ἐν τῷ πρυτανείῳ,
καὶ μὴ ληρεῖν ἀλλὰ θεῦσθαι λιπαρὸν παρὰ τῷ Διούσῳ.*

Annotationes. Equidem lego *ρεύσας*, quae est Ravennatis scriptura. Nihil enim habeo, quod certo ab Aristophane scriptum pro Aoristi illius non usitati forma sciam, quamquam et ad sensum apta et bene dicta conici possunt. Maxime vero arridet mihi coniectura non Kockii *πρέφας* scribentis, sed Fritzschi, qui *ρέφας* scribi vult, (Quaest. Arist. p. 259) sumtum hoc ex Plat. de republ. VIII, 544. *ε οἱ ἂν ὥσπερ ρέφαντα τὰλλα ἐφελκύσθηται.* — Non ineptum erit hic errorem adnotare scholiastae, qui dicit de his versibus: *δοκεῖ δέ μοι Ἀριστοφάνης ἀφ' ὧν αὐτὸς εἶπε Κρατίνος περὶ αὐτοῦ μεγαληγορῶν, ἀπὸ τούτων καὶ οὗτος τὴν τροπὴν εἰληφέναι. ὁ γὰρ Κρατίνος οὕτω πως ἑαυτὸν ἐπήνεσεν ἐν τῇ Πυτίνῃ· ἀναξ' Ἀπολλων κ. τ. ἐ.* Quum vero satis constet, Aristophanem do-

⁵⁾ Lego eum Th. Kockio: *εἴ σε μὴ μισῶ, γενοίμην τῶν Κρατίνου κωδίων.*

⁶⁾ Schol. *ἦ ὅτι φίλοιος ἦν καὶ διὰ τοῦτο ἐπίθετον αὐτῷ τοῦ Διούσου ἐπιτιθέασιν.*

cuisse Equitum fabulam Ol. 88, 4. (424 a. Chr.) Nubes autem Ol. 89, 1 (423 a. Chr.), quacum in scenam prodierunt Connus Amipsiae et Cratini Pytine, quumque legamus, Cratinum conciviis, quae in his versibus insint, ductum Pytinen composuisse, res mihi videntur ita transponendae, ut statuamus, versus illos Cratini esse accommodatos his Aristophaneis, id quod idem scholiasta sibi minime constans dicit ad V. 531: ταῦτα ἀκούσας ὁ Κρατῖνος ἔγραψε τὴν Πυτίνην, δεικνὺς ὅτι οὐκ ἐλήρησεν κ. τ. έ. — ἀφελής, sine lapidibus, planus. Composita est vox ex vocali *a*, quae dicitur privativa et e voce *φελλεύς*, τόπος σκληρὸς ποσῶς καὶ πετρώδης συνεργής δέ (Ruhnken corrigit *δυσεργής δέ*) Schol. ad Plat. Critiam 560, d. — *στάσις* hic est locus is, in quo arbores stant. *παρασύρειν* est idem fere, quod trahere in id latus, in quod trahere non decet, pervertere, distorquere, avellere, evellere. — *προθέλυμος· πρόρριζος*. (Schol.), qui radicitus extirpatur, funditus deletur. — *Δωροῖ συκοπέδιλε. Τέκτονες εὐπαλάμων ἕμνων*. Sumtae sunt hae voces, quum ad alteram adnotet schol. καὶ τοῦτο δὲ ἐκ τῶν Εὐμενίδων (sic) Κρατίνου, ex Eumidis, de qua fabula cf. Meineke, Fragm. Poet. com. Gr. II, p. 56 seqq., contra cuius sententiam Th. Bergk in Comm. de reliqu. comoed. Att. p. 68 fabulam Eumenidum non ex numero fabularum Cratinearum distinguere vult. Mihi vero probatur Meinekii iudicium. Nam etiamsi cum Bergkio statuere possumus, fabulam Eumenidum doctam esse Areopagi auctoritate per Ephialtem fracta, tamen non fieri potuit, quin una cum lege etiam pietas et religio periret, id quod sensim factum est: Sanctum Eumenidum nomen vix quicquam Atheniensium tum iam violare ausus esset. — Meineke nomen deae *Δωροῦς* in Latinum *Dononae*, *Δεξοῦς*, alius *Cratineae* deae, in *Accipitrae* transfert. — *τέκτονες* sunt poetae, ut ap. Pindar. Pyth. III, 198. — Quid voce *ἠλέκτρων* poeta intellegi velit, de ea re diu multumque disputatum est. Feminini generis esse vocem declinationis in *ος* terminantium, quum *βαρυτόνως* scribatur et femininum *ἐκπιπτουσῶν* apponatur, satis constat. *αἱ ἠλεκτροὶ* quae sint, iam quaeritur. Schol. *αἱ γὰρ ἀρχαῖαι κλῖναι τοὺς πόδας εἶχον ἠσφαλισμένους ἀνδραξὶ καὶ ἠλέκτροις*. Quae verba mihi videntur significare *τάς ἠλέκτρους* esse non ornamenta quaedam ex electro facta et pedibus lectorum indita (ut Kockius „bernsteinerne

Verzierungen“) sed clavos, fortasse antiquitus ex electro factos, quibus prisci lectorum pedes firmabantur. Unde translata est vox ad lyrae partem eam, qua chordae firmantur, ad verticillos vel epitonia; nos igitur: da die Wirbel ausfielen. — *Κοννᾶς* fuit *ἀλλητῆς Ὀλυμπιονίκης*; aetate vero provectus fuit *πενιχρός*, id quod scholiasta enarrat; in Vesp. quoque v. 675 egestas hominis rideatur eaque in proverbium abiisse videtur.

535. *ὄν χρῆν πίνειν ἐν τῷ πρυτανείῳ*. Temulentiam Connae taxat poeta verbo *πίνειν*, quum proprie dicendum esset *δειπνεῖν*, atque ita facete ea figura fit, quam apud Aristophanem saepius invenimus, quae dicitur *παρ' ὑπόνοιαν*. Utitur enim poeta sententiis omnibus notis ita tamen, ut unam vel alteram vocem iocose immutet; sufficiant pauca. In Equit. v. 166 Demosthenes isiciario dicit: *βουλὴν πατήσεις καὶ στρατηγούς κλαστάσεις, δήσεις, φυλάξεις, ἐν πρυτανείῳ — λαικάσεις*, exspectamus *δειπνήσεις*. In eiusdem fabulae v. 639 idem isiciarius choreutis enarrat, quae in senatu peregerit: deorum suorum auxilium invocavit et meditata est, quid faciendum esset: *ταῦτα*, inquit, *φροντίζοντί μοι | ἐκ δεξιᾶς ἀπέπαρθε καταπύγων ἀνὴρ*, exspectamus *ἐβρόντα Ζεὺς πατήρ* vel simile quiddam. Paphlago dicit v. 764: *τῇ δεσποίνῃ Ἀθηναίῃ . . . εἰχομοι, εἰ μὲν περὶ τὸν δῆμον τὸν Ἀθηναίων γεγένηται | βέλτιστος ἀνὴρ μετὰ — Λυσικλέα καὶ Κύνναν καὶ Σαλαβακχῶ*, in qua severitatis gravitatisque plena sententia exspectamus nomina virorum optime de re publica Atheniensium meritorum neque illa pecudum venditoris et duorum scortorum. Postquam isiciarius Demum calceis donavit, dicit Eq. v. 873 ille: *κρίνω σῶσων ἐγφῶδα περὶ τὸν δῆμον ἀνδρ' ἄριστον | εὐνούστατόν τε τῇ πόλει καὶ τοῖσιν δακτύλοισιν*, exspectamus sane *τοῖσιν συμμάχοισιν*. Eundem fere in modum dicta sunt Eq. 945: *ἀνὴρ γεγένηται τοῖσιν πολλοῖς — τοῦ βολοῦ (τοῦ δήμου)*. Eq. 1263: *ἐγώσ', ὦ Δῆμε, θεραπεύσω καλῶς, | ὡσθ' ὁμολογεῖν σε μηδέν' ἀνθρώπων ἐμοῦ ἰδεῖν ἀμείνω τῇ — Κεχρηαίων πόλει (Ἀθηναίων πόλει)*. Vesp. 447: *ἀλλὰ τούτοις γ' οὐκ ἔνι | οὐδ' ἐν ὀφθαλμοῖσιν αἰδῶς τῶν παλαιῶν — ἐμβάδων (ἐθειρωῶν, cani capitis)* Vesp. 525: *μηδέποτε πίοιμι' ἄκρατον — μισθὸν ἀγαθοῦ δαίμονος (οἶνον ἀγ. δ.)*. Vesp. 1167: *κακοδαίμων ἐγώ, | ὅστις ἐπὶ γήρωσ — χίμετλον οὐδὲν λήφομαι (ἀγαθὸν οὐδ. λ.)* Vesp. 1365: *ποθεῖν ἐρᾶν τ' ἔοικας ὠραίας — σόρου (κόρης)* Plut. 303: *ἐγὼ δὲ τὴν Κίρκην γε τὴν τὰ φάρ-*

μαχ' ἀνακυκῶσαν, ἢ τοὺς ἐταίρους τοῦ — Φιλωνίδου κ. τ. ε. (Ὀδυσσέως)
 Sed haec haecenus, revertamur igitur, unde digressa est oratio.
 Poeta memor est Cratini, qui quondam, inquit, magno vestro
 studio gavisus per planos campos ut vehemens torrens impetu
 ferebatur et evulsas quercus et platanos et inimicos radicitus per-
 ditos secum rapiebat. Canere autem nihil licebat nisi „O Dea
 muneraria, calceis, qui calumniis ornati sunt, instructa“ aut „O
 fabri ingeniosorum hymnorum.“ Adeo ille floruit. Nunc vero si
 quis vestrum eum videt desipientem, non eius vos miseret, verti-
 cillis excidentibus, chorda iam non sonante, harmoniis fatiscenti-
 bus; at senex obambulat ut Connas, qui, quamquam corona
 arida est ornatus, siti perit, idem, quem ob priores illas victorias
 decebat in prytaneo bibere neque ineptire sed spectare nitidum
 apud Bacchi signum sedentem. — Vidimus Cratinum Aristophanis
 conviciis commotum composuisse Pytinen, in qua Comoediam ut
 mulierem suam poeta in scenam produxit, divortium petentem,
 quod coniux totus se averterit atque Temulentiae se dederit, de
 qua fabula videas, quae diserte docteque scripsit Fritzsche in
 Quaest. Aristoph. p. 257—297. Docuit praeter eam Cratinus fa-
 bulas viginti, tituli vero enumerantur multo plures; qui sunt Ἀρχί-
 λογοι, Βουκόλοι, Δηλιάδες, Διδασκαλῖαι, Δραπετίδες, Ἐμπιμπράμενοι
 sive Ἰδαῖοι, quibus titulis eandem significari fabulam docuit Fritz-
 sche ad Thesmoph. p. 71., Ἐννεῖδαι, Θραῦτται, Κλεοβουλῆναι, Λά-
 κωνες, Μαλθακοί, Νέμεσις, Νόμοι, Ὀδυσσεῖς, Πανόπται, Πυλαία, Πλοῦ-
 τοι, Σάτυροι, Σερίφιοι, Τροφώνιος, Χειμαζόμενοι, Χείρωνες, Ὄραι.

In Equitum fabula subiungit poeta Cratino Cratetem, ut iam
 ex hac re nobis coniciendum sit, Cratetem natu minorem sed
 aequalem esse Cratini. Adde quae scholiasta profert: οὗτος κομφο-
 δίας ἦν ποιητής, ὃς πρῶτος ὑπεκρίνατο τὰ Κρατίνου καὶ αὐτὸς ποιη-
 τῆς ὕστερον ἐγένετο. Et Anonymi de Com. p. 29 et Eusebii verba
 ad Ol. 82, 4 non comprehendi possunt, nisi Cratetem minorem
 fuisse putes. Tamen fuerunt, qui ei locum ante Cratinum darent,
 ducti Aristotelis verbis, 7) quibus philosophus nihil aliud mihi vi-
 detur dixisse, nisi Cratetem non eandem quam Cratinum inisse

7) Poet. c. 5: τῶν δὲ Ἀθήνησι Κράτης πρῶτος ἤρξεν ἀφέμενος τῆς λαμ-
 βικῆς ιδέας καθόλου ποιεῖν λόγους καὶ μύθους. „Crates a singulorum hominum
 irrisione abstinuit (ἀφέμενος τῆς λαμβικῆς ιδέας) et generales morum notationes

viam, sed magis secutum esse tritam illam, quam inisset Epicharmus, qui in generalibus morum notationibus rerumque descriptionibus versabatur, a rebus vero publicis describendis se abstinebat. Antiquissimum iam erit, siquidem, quomodo Crates fabulas docuerit quidque effecerit cognoscere velimus, ipsos adire Aristophanis versus Equit. 537—540:

*οἷας δὲ Κράτης ὄργας ὑμῶν ἠνέσχετο καὶ στυφελιγμούς,
 δς ἀπὸ σμικροῦς δαπάνης ὑμᾶς ἀριστίζων ἀπέπεμπεν,
 ἀπὸ κραμβοτάτου στόματος μάττων ἀσταιοτάτας ἐπινοίας·
 χροῦτος μέντοι μόνος ἀντήρχει, τοτὲ μὲν πίπτων τοτὲ δ' οὐχί.*

Crates vero quales iras et vexationes a vobis pertulit, qui vos tenui sumtu exceptos dimittebat, ore suavissimo perquam urbanas sententias dans; hic tamen unus resistebat, quum eius fabulae modo starent modo caderent. Annotationes. *ἀριστίζειν*, prandium alicui exhibere; *ἀριστῆν*, prandere. — Nihil aliud poeta dicit eo, quod opprobrio vertit Crateti, quod Athenienses modico sumtu paverit, nisi fabulas illius fuisse et breves et parum ingeniosas. — *ἀπὸ κραμβοτάτου στόματος* recte mihi videor vertisse ore suavissimo, facetissimo; ducendum enim est a voce *κράμβη*, quae crambe a Graecis in deliciis habebatur, unde in proverbium abiit: *Δις κράμβη θάνατος*, quo significetur, nihil tam gratum esse, quod non repetitum taedium pariat.

Exstant praeterea alii Aristophanis versus, qui sunt in Thesmophoriazasis secundis; quae fabula quum deperdita sit, fragmentum Cratetem tangens servatur ab Athenaeo III. p. 117. C. quod quum explicaturus sim, sic mihi repetenda sunt verba, quo modo ea restituit Fritschius, vir doctissimus, in Thesmoph. p. 622:

*Ἡ μέγα τι βρωμὴ ἔστιν ἢ τρογυφοδοποιουμοισική,
 ἠνίκα Κράτητι τε τάριχος ἐλεφάντινον
 λαμπρὸν ἐκόμιζεν, ἀπόνως παραβεβλημένον,
 ἄλλα τε τοιαῦθ' ἕτερα μυρὶ ἐκγλίζετο.*

Profecto praeclarus quidam cibus est ars comica, quum et Crateti elephantinum salsamentum splendidum suppeditabat nullo

rerumque descriptiones proposuit, quarum alias ex mythorum cyclo (*μύθοις*, Fabeln), alias ex vita communi vel ex libris τῶν λογοποιῶν (*λόγοις*, Erzählungen) petivit.“ Fr. Ritter, Comm. in poet. p. 125.

fere labore adpositum, et praeterea alia huius modi sexcenta cachinnabatur.

Annotationes. In Fragm. Arist. (apud Meinekium II. p. 1085) recipit Bergkiius Elmsleii (ad Acharn. 500) emendationem: ἦν μέγα τι χρῆμ' ἔτι τρ., Fritzschi optimis argumentis firmatam repudiat verbis: „displicet tamen haec ratio: itaque recepi. . .“ Quae argumentandi ratio displicet eoque magis mihi displicet, quum in libro de reliqu. Com. Att. ant. p. 267, duobus annis ante fragmenta Aristophanis edito rectum legam. cf. Fragm. com. gr. II. 1. p. 244. Quibus verbis quid significatum velit poeta, non difficile nobis erit inventu scientibus, Cratetem in Samiis frigide et subabsurde inter se iunxisse πύκινα κύματα, χαρκίνοι ποδάνεμοι, τανύπτεροι, λύκοι, σκυτίνη χύτρα, τάριχος ἐλεφάντινον. Quas ineptas copulationes ut perstringeret, arripuit hanc unam τάριχος ἐλεφάντινον iocumque auxit, quum dixit, talia nimirum splendidissima sine ullo labore poetae semper in promptu procinctuque esse: eum solere, ut egregie Fritzschius l. l. explicat, sine pulvere palmam ferre atque spolia legere sine sudore et sanguine.

Iam quoniam superest, ut quomodo inscriptae fuerint fabulae Cratetis, tradam, exordiar ab *Λάμια* fabula, in quam invehi videtur Aristophanes in Vesp. 1177: πρῶτον μὲν ὡς ἡ Λάμια ἄλοῦσ' ἐπέρδετο. Sunt certe huc referenda verba schol. Arist. Eccl. 77. scribenda cum Meinekio τὸ τοῦ Λαμίου· ἀρσενικῶς δὲ τὸν Λαμίαν [εἶπεν· ἔστι δὲ καὶ θηλυκῶς ἡ Λάμια] ὑπὲρ ἧς ὁ Κράτης λέγει ἐν ὁμωνύμῳ δράματι, ὅτι σκυτάλην ἔχουσα ἐπέρδετο. Pherecratis enim, cuius nomen libri exhibent, quique saepius cum Cratete confunditur, fabula, quae inseribitur *Λάμια*, nisi hic nusquam commemoratur, est igitur removenda. (Meineke, hist. Critic. p. 60 et 65.) Praeterea docuit fabulas, quae inseribuntur *Γέτονες*, *Διόνυσος*, *Ἡρώες*, *Θησαυρός*, *Θηρία*, *Μέτοιχοι*, *Ὅρνιθες*, *Παιδιαί*, *Πεδῆται*, *Ρήτορες*, *Τόλμαι*, *Φιλάρηρος*.

Pherecratem proximo post Cratetem loco ponere non solum ob magnam similitudinem, quae inter utrumque exstat, sed etiam aetatis, qua floruit, ratione habita antiquissimum habeo. Quamquam enim, ut etiam de Dobraei emendatione νικᾷ ἐπὶ Θεοδώρου, γενόμενος δὲ ὑποκριτῆς ἐξήλωκε Κράτητα (legitur autem ap. Anon. de Com, p. 29: Φερεκράτης Ἀθηναῖος, νικᾷ ἐπὶ θεάτρον γενόμενος,

ὁ δὲ ὑποκρ . . .) disputari possit, non repugnanter concedo, tamen quod Bergkii coniecit ⁸⁾ Φερ. Ἀθ. νικῆ ἐπὶ πῦρ Ὀλ. ἐπὶ τοῦ θεά-τρον γενόμενος αὐτὸς ὑποκριτής. ἐξήλωκε δὲ Κρ. ut probem, nullo modo commoveri possum. Quam diversa est emendatio ab eo, quod nobis traditum est, quam tenui vel potius quam fere nullo argumento nititur vir doctissimus. Pherecratem igitur Ol. 85, 3 Theodoro archonte fabulas docuisse fere pro certo habendum erit. Cognomen ei inditur Ἀττικωτάτου, fabulae ab eo dicuntur doctae esse XVIII, quarum non omnium tituli exstant: Ἀγριοι, cuius chorus effectus est per omnium hominum osos, qui quum primum ad feros barbarosque venerunt cum eisque paullulum temporis versati sunt, mox societatem hominum civilemque viam requirunt; ⁹⁾ Ἀυτόμολοι, Γρᾶες, Δουλοδιδάσκαλος, Ἐπιλήσιμων ἢ Θάλασσα (Thalassa est meretricis cuiusdam nomen), Ἴπνὸς ἢ Παννυχίς, Κοριαννώ, Κραπαταλοί, qui nummi sunt inferorum, Ἀῆροι, Μυρμηκάνθρωποι, Πετάλη, quae ut Corianno meretrix fuit, Τυρανίς, Ψευδογρακλής. De fabulis eis, quae Pherecrati ab aliis tribuuntur, ab aliis abiudicantur (Ἀγαθοὶ ἢ Ἀργυρίου ἀφανισμός, Μεταλλεῖς, Πέρσαι) docte disseruit Th. Bergk. de rel. p 284 sequ. ¹⁰⁾

Teleclidae poetae, qui apud Meinekium iam sequitur, quum mentionem non fecerit Aristophanes, satis erit eius nomen adtu-

8) Bergk, de reliqu. 284. Meineke, hist. crit. p. 66.

9) Meineke, fragm. com. II. 1. p. 254.

10) Jam restat, ut disputem de versu 158 Aristophanis in Lysistrata, qui exhibet Pherecratis verba Κύνα δέρειν δεδαρμένην. Quum non satis videatur dicere me mihi videri haec verba intellexisse, ea explicaturus sum. Masturbationem enim mulierum hoc versu significari neminem fugiet. Omnia, ita fingit poeta, quum bello perturbarentur pacemque viri nollent, mulieres pacis parandae negotium sibi sumunt. Nam tum demum putant bellum viros composituros esse, quum eis non licitum sit cum mulieribus concubare. Lysistrata igitur hoc ut fiat promulgat. Principio omnes renuunt, tum alteri post alteram persuadetur. Jam Calonice interrogat: Quid vero faciemus, si viri hoc damnum non magni aestimant nosque sine concubio sumus? Lysistrata respondet: τὸ τοῦ Φερεκράτους, κύνα δέρειν δεδαρμένην. Ad quod Calonice: Nugae, inquit, sunt ista, quae imitamur (φλυαρία ταῦτ' ἐστὶ τὰ μεμιμημένα sc. id, quod natura praescribitur.) Nihil igitur aliud est illud κύνα δέρειν δεδαρμένην nisi: Masturbationi nos dedemus, ut ait Pherecrates. Quod mihi videtur non difficile ad explicandum: κύων est Hesychio auctore pars ea, qua viri sumus; κύων δεδαρμένη est idem, quod supra dictum est ὄλισβος, στυτήνη πικουρία, penis e corio factus; κύνα δέρειν δεδαρμένην, pene uti e corio facto.

lisse et dixisse sex fabulas ab eo doctas commemorari, in quibus sunt *Ἀμφικτύονες*, *Ἀφειυδέις*, *Ἡσίοδοι*, *Πρυτάνεις*, *Στεβέροι*.

Teleclide paullo minor fuit Hermippus, gravissimus ille et acerbissimus Periclis et Hyperboli obtrectator, cui Aristophanes non pepercit; dicit enim in *Nub.* 557: εἰδ' Ἑρμιππος αὐδὶς ἐποίησεν εἰς Ὑπέμβολον. Intellegenda est his verbis fabula, quae inscribitur *Ἀρτοπώλιδες* (*Pistrices*), in qua satis constat non solum Hyperbolum risum, sed etiam matrem eius ludibrio esse habitam. Vituperat vero Aristophanes Eupolidem, de quo infra dicturus sum, Hermippumque, quod ipsum imitentur, qui imaginem ad imitandum propositam dederit in *Equitibus* et quod in homines invehantur, quorum partes iam fere nullae sint in republica, (*Equ.* 551: οὗτοι δ' ὡς ἄπαξ παρέδωκεν λαβὴν Ὑπέμβολος, | τοῦτον δέλιαιον κολετρῶσ' ἀεὶ καὶ τὴν μητέρα) unde colligendum est, *Ἀρτοπώλιδας* post Hyperbolum in exilium eiectum doctam esse. Cuius viri cum causa arcte cohaerere illam *Pisandri* diserte *Fritzsche* (*Thesm.* p. 315) docuit atque *Pisandrum* etiam commemoratum esse in *Pistricibus* dicit vetus enarrator ad *Aristoph.* *Av.* 1556: ἦν δὲ (*Πείσανδρος*) καὶ τὸ σῶμα εὐεκτήης, ὡς Ἑρμιππος ἐν Ἀρτοπώλιαι· ἐνέβαινε σιγῇ Πείσανδρος μέγας αὐτὸς ὥσπερ Διονυσίοισιν οὐπὶ τῶν ξύλων, ἐλάϊας ἔρεισιν ὄνον κανθήλιον. Versus corruptos esse neminem fugiet. Itaque quum liceat emendare neque tamen nisi aliis aliorum scriptorum locis eosdem versus reperturi simus, vera nos ex hoc scholio inventuros existimandum sit, „coniectandi libera cuique potestas est, sed hac lege, ne quis pro veris certisque venditet, quae multas ob causas prudentibus incertissima videri debent.“ Quibus *Meinekii* verbis ductus neque ipsius emendationem¹⁰⁾ comprobem neque illam, quae acutissimi et subtilissimo iudicio ornatu ingenii est, *Fritzschi*¹¹⁾ pro vera poetae scriptura habeam neque ipse aliam proferre audeam. Scripsisse traditur *Hermippus* fabulas XL.

¹⁰⁾ *Meineke*, *fragm.* II. p. 385. *hist. crit.* 179: Ἐπείβαινε δὴ Πείσανδρος ὁ μέγας οὐτοσί· | ὥσπερ Διονυσίοισιν οὐπὶ τῶν ξύλων | ἐλάϊας ἔρεισιν εἰς ὄνον κανθήλιον.

¹¹⁾ *Thesmoph.* p. 315 . . . [ἀλλ'] ἐνέβαινε σιγῇ | Πείσανδρος μέγας αὐτὸς ὥσπερ Διονυσίοισιν | οὐπὶ τῶν [μεγάλων] ξύλων, οὐβελίας, ἐρείσων | εἰς κανθήλιον ὡς ὄνον [addi potest. σύν γ' ὀνοκινδίοισιν]. Describitur *Pisandri* introitus

Myrtili Hermippi fratris, cuius duae commemorantur fabulae, altera *Ἔρωτες*, altera *Τιτανόπανες*, Aristophanes non memor est itemque tacet de Alcimene, cuius afferuntur *Κολυμβῶσαι*. Uterque certe non magni fuit ingenii neque aemulator praestantissimi poetae. Philonides, qui mihi iam commemorandus est, Nicocharis poetae comici pater paullo Aristophane superior docuit et alias non nullas fabulas et *Κοθόρονους*, in qua Theramenem, hominem illum sibi inconstantissimum modo has modo illas partes gerentem perstrinxit. Etsi non eius Aristophanes mentionem facit,¹²⁾ tamen non ita a me neglegendus est, quum satis constet, Daetalenses, primam Aristophanis fabulam, per eum esse doctam ut sibi iuvenis et modestus et prudens, quum hoc poeta uteretur, gloriae viam optime aperiret. Poetis enim non permissum fuisse ante trigesimum vel quadragesimum aetatis annum peractum fabulas in scenam producere, Th. Bergkiius causis gravissimis refellit: grammaticus hanc legem finxit, ut rem a se non recte perspectam — nesciit enim, cur Philonidis nomine fabulae Aristophanis doctae traderentur — quo potuit modo explicaret. De Callistrato, qui ex sententia non nullorum virorum doctorum hic in poetarum comicorum numerum inserendus est infra, quum primum ad Aristophanem ipsum pervenit oratio, disseram.

Jam mihi dicendum est de Eupolide, summo post Aristophanem poeta comico, cui cognomen datum est *τοῦ χαριέντος*. Ol. 87, 4 fabulas docere coepit, quin mortuus sit Ol. 92, 2., quum Athenienses de Lacedaemoniis victoriam ad Cynossema reportassent, vix dubitem; eum ab Alcibiade in mare deiectum esse fictum videtur.¹³⁾ Duae eius fabulae similem materiem tractarunt, *Ἀγμοί*, in qua Solonem, Miltiadem, Aristidem, Periclem ex inferis excitatos in scenam produxit omninoque imperium populare sicuti Aristophanes in *Equitibus* castigat, et *Πόλεις*, quae ad socios ma-

in iudicium ac forum. At, inquit, tacito ingrediebatur Pisander magnus ipse, sicuti in Dionysiorum pompa obelias panis in magnis lignis verubusque traduci solitus, ut impetum faceret quasi in clitellarium asinum [cum reliquis asinariis]

¹²⁾ Philonidem, qui in Plut. v. 179., 303. commemoratur, non esse poetam ex ipsis versibus nemo non intelleget.

¹³⁾ Meineke: Quaest. scenic. I. p. 42 seqq. Histor. Critic. com. p. 104. seqq.

gis spectavisse videtur.¹⁴⁾ Commemoratur praeterea fabula *Βαπτῶν*, in qua imprimis perstrinxit Alcibiadem; in ea vero, quae inscribitur *Μαρικᾶς* — quae vox videtur barbarae, fortasse Persicae esse originis — illuditur Hyperbolus, cui Aristophanes non pepercit.¹⁵⁾ In hunc hominem, qui paullo ante comoediam doctam multum in republica valebat, quaecunque opprobrio verti poterant, edixisse videtur; ducendi sunt in hanc fabulam versus Arist. Nub. 553—556:

*Εὐπολις μὲν τὸν Μαρικᾶν πρώτιστος παρείλκυσε
ἐκστρέφας τοὺς ἡμετέρους Ἰππέας κακὸς κακῶς,
προσθεῖς αὐτῷ γραῦν μεθύσῃν τοῦ κόρδακος οὐνεχ', ἣν
Φρύνιχος πάλαι πεποίηχ', ἣν τὸ κῆτος ἤσθειεν.*

Eupolis vero omnium primus Maricam protraxit, quum homo malus male expilasset Equites nostros et temulentam anum quandam, quae cordacem saltaret, addidisset, quam Phrynichus iam pridem induxerat quamque beluae ut vesceretur exposuerat. — Idem expilandi negotium Aristophanes videtur obiecisse Fritzschio explicante Eupolidi in fragmento, quod Suidas s. v. ἀπλήγιος et grammatic. Bekkeri p. 425, 20 affert: Ἀπληγίς· ἱματίδιον σύμμετρον. Ἀναγύρω Ἀριστοφάνης· Ἐκ δὲ τῆς ἐμῆς χλανίδος τρεῖς ἀπληγίδας ποιῶν h. e. Eupolis Equites meos, optimam comoediam, dissuendo tres malas (Maricam et duas alias) effecit comoedias. In Marica cordacem saltavit Hyperboli mater (Schol. Nub. 553. Plut. 1037.) eamque ut anum temulentam induxit, cuius rei exemplum poetae Phrynichus dedit, quem paullo post commemoraturus sum.

Inesse vero videntur difficultates quaedam in his versibus, quos attuli, quum quis tempora definire vult, quibus fabulae, quarum commemorationem in conspectu habemus, doctae sint; legimus enim apud Eupolidem in Baptis κακείνους τοὺς Ἰππέας συνεποίησα τῷ φαλακρῷ τούτῳ κἀδωρησάμην. Calvum igitur Aristophanem dicit in componenda Equitum fabula a se adiutum esse. Quae verba aptissime optimeque fulciuntur scholio Aristoph. Equit. 1291: Ἐκ τοῦ „ὅστις οὖν τοιοῦτον ἄνδρα“ φασὶ τινες Εὐπόλιδος εἶ-

¹⁴⁾ Raspe, de Eupolidis Δήμοις ac Πόλεσιν.

¹⁵⁾ Μαρικᾶς Hesychio auctore idem significat quod κίναδος.

ναί τήν παράβασιν, in quo alia mihi vera alia falsa videntur. Nam quum ei, qui hanc notam composuit, satis notum fuerit, Eupolidem in Hyperbolum invectum esse et in parabasi Equitum Aristophanem esse ab Eupolide adiutum, nihil dubitavit *ἀντιστροφῆν* et *ἀντεπίρρημα* (1290—1315) huic adscribere. Facilius vero *στροφῆν* (1264—1273) et *ἀντιστροφῆν* (1290—1299) Eupolidi tribuemus, quippe qui versus non ita bene accommodati sint ad Aristophanis dictionem, *ἀντεπίρρημα* autem adscribemus iure vero fabulae poetae, quamquam insunt in hac parte multa, quibus videtur Hyperbolicus, in quem quo modo invectus sit praestantissimus comicorum poetarum, ostendent ea, quae collegit Meineke in hist. crit. com. p. 188. seqq. Equitum fabula docta est Ol. 88, 4: atque fuit tum Eupolis amicus Aristophani eumque adiuvit in componenda fabula; in Baptis vero, fabula docta quum iam Aristophanes in magno honore haberetur ob Equites, Eupolis dicit partem non exiguam gloriae sibi tribuendam esse, quum Aristophanem adiuverit. Sed quum Maricam componeret, non nullos versus ex Equitibus in suam fabulam transtulit, quam ob rem eum taxat Aristophanes, quum dicit: *ἐκστρέψας τοῦς ἡμετέρους Ἰππέας κακῶς κακῶς*. Iam quoniam constat, Nubes, qualis exstat fabula, non esse productam in scenam, primum vero doctam esse Ol. 89, 1 (423 a. Chr. n.) Maricam autem Ol. 89, 4 (420) in scenam productam esse, hanc certe parabasis partem a poeta immutatam vel redintegratam esse satis manifestum erit.¹⁶⁾ Non alienum a re mihi videtur hic commemorare, quae mihi, quum haec de temporibus figendis fabularum retractatarum scriberem, in mentem venerunt atque huic rei demonstrandae exemplum proferunt ex nostra aetate optimum. Meinekus cum multis locis tum in hist. crit. p. 221 dicit conferendam esse Fritzschi quaestionum Aristophanearum partem primam (unicam) p. 285, ubi complura dicta sint de Metagenis fabula, quae inscribitur *Ὀμηρος ἢ Ἀσκηταί*. Edita est hist. crit. a. h. s. XXXIX. Quaest. Aristoph. a. h. s. XXXV: Omnia igitur sunt plana. Iam vero si Fritzschi librum evolveris, invenies eum dicere, se in hac re Meinekio assentire. Quod eis

¹⁶⁾ Fritzsche, de fabulis ab Aristophane retractatis specimina V. Rostochii. 1849—52.

tantum non mirum videtur, qui sciunt, iam in quaestionum scenicarum specimenibus a Meinekio easdem res, quas in hist. crit. com. pertractavit, esse tractatas. Haec hactenus.

Aristophanem ex Eupolidis fabulis sibi acquisivisse non nullos saepius versus docet schol. Arist. Equit. 528: ταῦτα (Aristophanis convicia) ἀκούσας ὁ Κρατῖνος ἔγραψε τὴν Πυτίνην δεικνὺς ὅτι οὐκ ἐλήρησεν ἐν οἷς κακῶς λέγει τὸν Ἀριστοφάνην ὡς τὰ Εὐπόλιδος λέγοντα. Quamquam hoc uno, quem e Nubibus attuli, loco apud Aristophanem nominatim de Eupolide dictum est, tamen scholiastae non semel adnotant ad versus quosdam, in quibus ipse poeta cum aliis se comparat eorumque modum comoedias scribendi castigat, Eupolidem esse significatum. Quo modo perstrinxerit Euripidem poeta, quod pannis indutos deos et summos fortissimosque viros in scenam produxerit quum ex aliis multis versibus tum ex Acharnensibus discimus.¹⁷⁾ Eundem morem viros pannis induendi, quem poeta ille tragicus, Eupolis secutus esse traditur, quum scholiasta versibus Pacis 740 seq.

πρῶτον μὲν γὰρ τοὺς ἀντιπάλους μόνος ἀνδρώπων κατέπανσεν
 ἐς τὰ ῥάκια σκώπτοντας ἀεὶ καὶ τοῖς φθερσὶν πολεμοῦντας

Eupolin rideri adnotet (ἀντίττεται δὲ εἰς Εὐπόλιον). Iam pergit poeta:

τοὺς δ' Ἡρακλέας τοὺς μάττοντας καὶ τοὺς πεινῶντας ἐκείνους
 ἐξήλασ' ἀτιμώσας πρῶτος, καὶ τοὺς δούλους παρέλυσεν
 τοὺς φεύγοντας κάξαπατῶντας καὶ τυπτομένους ἐπίτηδες,

quibus verbis eundem Eupolin tangi scholia nos docent ita tamen, ut etiam Cratinum commemorent, qui Herculem voracem et famelicum, Bacchum timidum, Iovem moechum induxerit.¹⁸⁾ Neque

17) Belle et ita facete haec dicta sunt, non ut facere possim, quin pauca de his rebus disseram, quamquam ab hoc loco aliena et infra (in altera parte) explicanda. Petit Dicaeopolis ab Euripide vestem vel pannos, quales huic semper in promptu sint ex tragoediis. Oenei pannos offert Euripides, sunt vero non satis miseri. Phoenicis hos excipiunt, quaeruntur miseriores. Philoctetae vestes lacerae offeruntur, vult vero Dicaeopolis mendiciores. Bellerophontae quoque amictus non est satis sordidus; denique probatus Telephi, quem quum in manibus tenet, facete precatur: ὦ Ζεῦ διόπτα καὶ κατόπτα πανταχῇ· tot enim sunt foramina in veste, ut, ubicunque vis, perspicere διορᾶν-possis.

18) Quamquam poeta dicit se tales homines removisse, tamen videmus Heraclum in Avibus voracem, servos inter se colloquentes in Equitibus, in Vesp. Ran.

tamen in deos solum et in homines, qui in re publica multum valent, et in comicos poetas se vertit Eupolis, sed etiam nisi sophistas, tamen Socratem ridet, quum dicit:

δεξάμενος δὲ Σωκράτης τὴν ἐπιδέξι' [ἐκλεπίων]

Στησιγόρου πρὸς τὴν λύραν οἰνοχόην ἔκλεψεν.

Quo fit, ut hic quoque poeta de furto Socratis, quod Aristophanes in Nubibus commemorat, de quo multi viri doctissimi disputaverunt, sciverit.¹⁹⁾

Iam quid de Eupolide Platonius iudicaverit, non alienum erit proferre: *Ἐυπόλις εὐφάνταστος μὲν εἰς ὑπερβολὴν ἐστι κατὰ τὰς ὑποθέσεις. τὰς γὰρ εἰσηγήσεις μεγάλας τῶν δραμάτων ποιεῖται, καὶ ἤνπερ ἐν τῇ παραβάσει φαντασίαν κινουῦσιν οἱ λοιποί, ταύτην ἐκεῖνος ἐν τοῖς δράμασιν, ἀναγαγεῖν ἰκανὸς ὢν ἐξ Ἄιδου νομοθετῶν πρόσωπα, καὶ δι' αὐτῶν εἰσηγούμενος ἢ περὶ θέσεως νόμων ἢ καταλύσεως. ὥσπερ δὲ ἐστὶν ὑψηλός, οὕτω καὶ ἐπίχαρις καὶ περὶ τὰ σκώμματα λίαν εὐστοχος.* Fabularum quot docuerit, non satis constat; praeclarissimae sunt *Αἴγες*, *Ἀστράτευτοι* ἢ *Ἀνδρογύνη* *Ἀυτόλυκος*, *Βάπται*, *Δῆμοι*, *Διαιτῶν*, *Ἐλλωτες*, *Κόλακες*, *Μαριχᾶς*, *Πόλεις*, *Προσπάλτιοι*, *Ταξίαρχοι*, *Υἱοὶ τοῦ Διὸς*, *Φίλοι*, *Χρυσοῦν γένος*.

Phrynichus Atheniensis, *κωμωδεῖται δὲ καὶ ὡς ξένος*; (Schol. Arist. Ran. 13) primam docuit fabulam Ol. 86., obiit in Sicilia; fabulas docuit numero decem, quae sunt *Ἐφιάλτης*, *Κόννος*, *Κρόνος*, (? Schol. Av. 988.), *Κωμασταί* (Commissatores) *Μονότροπος* (Schol. Av. 11. 997.) *Μοῦσαι*, *Μύσται*, *Ποάστριαι*, *Σάτυροι*, *Τραγωδοὶ* ἢ *Ἀπελεύθεροι*. In qua vero fabula anum temulentam, quae cordacem saltaret, in scenam produxerit, ut Hyperboli matrem rideat, adhuc pro incerto habeo.²⁰⁾ Iam si explicaturi sumus eos versus, in quibus Aristophanes huius poetae memor est, cavendum est, ne erremus. Fuerunt enim quattuor viri, quibus Phrynichi nomen fuit, quorum mentionem poeta aut facit aut facere potuit. Quos quum a scholiastis confusos nec bene distinctos videam, res Aristophane et scholiastis ducibus quam potero optime ex-

¹⁹⁾ Schol. Arist. Nub. 96. Meineke, fragm. com. II, 552. Fritzsche, Quaest. Aristoph. p. 219. Röscher, Aristophanes und sein Zeitalter.

²⁰⁾ Meineke, fragm. Com. II. p. 607.

Arist. Nub. 555: *προσθεῖς αὐτῷ γραῦν μεθύσῃν τοῦ κόρδακος οὐνεχ', ἣν φρύνιχος πάλαι πεποίηχ', ἣν τὸ κῆτος ἤσθειεν*

plicare conabor. Commemorantur vero hi quattuor viri a vetere interprete ad Av. 750: τέσσαρες δὲ ἐγένοντο Φρύνιχοι. ὁ μὲν εἰς οὗ νῦν μνημονεύει, Πολυφράδμονος παῖς, ποιητὴς ἡδὺς ἐν τοῖς μέλεσιν. ὁ ἕτερος, Χοροκλέους παῖς, ὑποκριτής. Τρίτος, Φρύνιχος ὁ κωμικός, οὗ μέμνηται Ἑρμῖππος ἐν Φορμοφόροις ὡς ἀλλότρια ὑποβαλλομένου ποιήματα. τέταρτος δὲ ἐστὶν Ἀθηναῖος τὸ γένος ὁ στρατηγῆσας τὰ περὶ Σάμον καὶ Ἀστυόχῳ προσθήμενος, ἐπιχειρήσας δὲ τῇ τοῦ δήμου καταλύσει.

Itaque primum explicandi sunt versus Ran. 689—691:

κεῖ τις ἤμαρτε σφαλῆς τι Φρυνίχου παλαίσμασιν,
ἐγγενέσθαι φημὶ χρῆναι τοῖς ὀλισθοῦσιν τότε,
αἰτίαν ἐκθεῖσι, λύσαι τὰς πρότερον ἀμαρτίας.

Si quis peccaverit quid deceptus Phrynichi callidis consiliis, facultatem dicō esse oportere illis, qui tum lapsi sunt, causa dicta peccata prius (Phrynicho duce) commissa diluendi.²¹⁾ Quibus versibus significari hominem illum in bello gerendo praeclarissimum qui nobilium imprimis secutus est partes, quis est qui neget? Is enim quum multum valeret in re publica, multa magnaue promittendo et artificia, quibus seduceret eos, qui quae esset rerum condicio quaeque essent res saluti civium aptissimae ignorarunt, excogitando multis persuasit, ut suas partes sequerentur. Quibus innoxiiis et fraudibus seductis hominibus facultatem se defendendi dari aequum esse poeta censet. Quae sententia firmatur schol. ad Lys. 313: τῶν ἐν Σάμῳ στρατηγῶν: Δίδυμος καὶ Κρατερός φασὶ ταῦτα αἰνίττεσθαι εἰς Φρυνίχον τὸν Στρατωνίδου. ἑκακοθεύσατο γὰρ πρὸς τὸν δῆμον ἐν Σάμῳ στρατηγῶν· ὥστε ἐψηφίσατο κατ' αὐτοῦ ὁ δῆμος δημόσια εἶναι τὰ Φρυνίχου χρήματα καὶ τῆς θεοῦ τὸ δέκατον μέρος, καὶ τὴν οἰκίαν κατεσχάσθαι αὐτοῦ. καὶ ἄλλα πολλὰ ἔγραψεν ἐν στήλῃ χαλκῇ. καὶ ἐν Βατρύχοις· κεῖ τις — παλαίσμασιν. Iam vero nobis scholia, quae ad versus, quos supra explicavi, exstant, perspicientibus multa occurrunt false dicta. Non solum de poeta tragico (ἐπεὶ ὁ τραγικός Φρύνιχος ἐν Ἀνταίῳ δράματι περὶ παλαισμάτων πολλὰ διεξῆλθεν) et de comico (τινὲς δὲ τοῦτον κωμικὸν ποιητὴν λέγουσιν) cogitat vetus enarrator, verum

²¹⁾ παλαίσματα sunt proprie artificia illa, quae quis luctans ad supplantandum superandumque adversarium excogitat; unde hic translata est haec vox ad callida consilia. In eadem metaphora poeta versatur verbo ὀλισθάνειν, labi in loco lubrico.

etiam, quod pro recto habemus, de duce, quum dicit *στρατηγούντος αὐτοῦ ἡττήθησαν Ἀθηναῖοι κ. τ. έ.* De rebus gestis, quae vel iure vel iniuria per scholia Phrynicho tribuentur, longum et inutile est repetere, quae rectissime et doctissime disseruit Fritzschi in Commentario ad Ran. v. 689 p. 263 seq. ubi videas.²²⁾ Cuius ducis, Stratonidae filii, quum populum in expeditione in Samum insulam facta fefellerit, bona Athenienses publicarunt, publicatorumque decimam partem deae consecrarunt, domum vero droditoris solo aequarunt. Qui praeter hos, quos attuli, versus apud Aristophanem exstant, in quibus de Phrynicho agitur, eos non ad ducem et fautorem paucorum impenii spectare iam demonstrabo. Alter enim Phrynichus, Choroelis filius (Schol. Av. 750) fuit ὑποκριτής et is quidem histrio tragicus, ad quem referenda videntur, quae legimus apud schol. ad Nub. 1091: *Εἰς Φρύνυχόν φασιν αὐτὸν ἀποτείνειν τὸν τραγικὸν χορευτὴν. ἐπεὶ διεβάλλετο ἐπὶ μαλακίᾳ διὰ ποικιλίαν σχημάτων*, quibus verbis homo mollis in saltationibus taxatur, qui frivolus saltandi mos tam omnibus Atheniensibus notus erat, ut in proverbium abiret, quod discimus ex Vesp. 1524 seq.:

*ταχὸν πόδα κυκλοσοβεῖτε,
καὶ τὸ Φρυνίχειον
ἐκλακτίσάτω τις, ὅπως
ιδόντες ἄνω σκέλος ὤζωσιν οἱ θεαταί.*

Pernicem pedem in orbem agitate et in Phrynichi morem calces in altum iactate, ut spectatores, simulatque crura sursum iactata viderint, hem cum admiratione exclament. Schol: *τὸ Φρυνίχειον, τὸ εἰς ὕψος ἐν τῇ ὀρχήσει ἐκλακτίζειν.* Quae legimus v. 1530 ad Philocleonem dicta: *ρίπτε σκέλος οὐράνιον* explicationis vicibus funguntur. Idem Phrynichus ridetur v. 1490, 92:

πτήσσει Φρύνυχος ὥς τις ἀλέκτωρ σκέλος οὐράνιον γ' ἐκλακτίζων.

Trepidat Phrynichus ut gallus calcibus in altum iactatis. His

²²⁾ Praeterea cf. Meineke, hist. crit. p. 147 seqq. Sluiter, lect. Andocid 117 seqq. (in edit Schilleri p. 75 sequ.) Ernst Curtius, griechische Gesch. II., p. 641, 659, 666. Scheibe, oligarch. Umwälzung p. 50. Scholia Arist. in Aves 750. Lysistr. 490. Thesm. 804: *συνεμάχησε γὰρ Φρυνίχῳ ἐν Θράχη* (sic foedo scripsit errore, recte iudicante Fritzschio ad Thesm. p. 297) *ὁ Χαρμῖνος καὶ Ἰσως οὐδὲν ἀξιόλογον ἐπραξεν.* Thucyd. VIII., 41—43.

igitur versibus eundem morem pestrictum esse videmus; scho-
liasta vero errat, si putat, haec de poeta tragico (*ἀπὸ Φρύνιχου*
τοῦ τραγικοῦ) dicta esse; quae opinio in hos versus minime qua-
drat, ad quam ductus est verbo *πτήσσειν*. Sed si quis quaesive-
rit, quo modo hic hi versus sint explicandi, respondebimus,
eos esse sumtos ex poeta quodam, cuius memor est Philocles,
quique eodem, quo in v. 1524 Aristophanes, modo Phrynichi
mollem saltandi modum perstrinxit. Sunt enim hi versus, id quod
ex contextu manifestum est, aliunde sumti. Vesparum in v. 1302
nominantur *οἱ περὶ Φρύνιχον* in convivis petulantissimis, qui sine
dubio fuerunt ei, qui cum histrione erant, de quo agimus, id quod
recte adnotat vetus interpres: *ὁ δὲ Σύμμαχος φησιν, ἐβλογώτατον*
ἂν εἶη τὸν τραγικὸν ὑποκριτὴν Φρύνιχον. Cui rectae interpretationi
antecedit falsa: *τῶν κολάκων ἂν εἶη Φρύνιχος ὁ ποιητής*. Iam ve-
nio ad tragicum poetam eiusdem nominis, Polyphradmonis filium,
ad quem non nullos poetae versus recte referemus, ut Av. 749

ἔνθεν ὡσπερεὶ μέλιττα

*Φρύνιχος ἀμβροσίαν μελέων ἀπεβόσκετο καρπὸν ἀεὶ φέρον γλυ-
κεῖαν φῶδάν,*

unde velut apes Phrynichus immortalium carminum depasebatur
fructum, semper suaves cantus edens. Fuerunt enim inter cele-
berrima carmina Phrynichi lyrica,²³⁾ quae poeta ob suavitatem
ex lusciniarum cantu sibi collegisse dicitur. Quam optime civi-
bus probata sint, discimus ex eo, quod ab omnibus canebantur
vulgoque nota erant. Nam senes in Vespis dicuntur Phrynichi
carmina canentes in forum profecti esse; dicit enim Bdelycleo
mirans, quid causae sit, qua re senes non veniant ad patrem in
forum arcescendum. v. 217:

Νῆ τὸν Δεῖ, ὀφὲ νῦν ἀνεστήχασι γάρ.

᾽Ὡς ἀπὸ μέσων νυκτῶν γε παρακαλοῦσ' ἀεὶ

λόχλους ἔχοντες καὶ μυυρίζοντες μέλη

ἀρχαιομελισιδωνοφρυνηγήρατα

οἷς ἐκκαλοῦνται τοῦτον.

Proh Juppiter, sero enim hodie surrexerunt, quippe qui a
media nocte eum semper arcessant, lucernas habentes et suavis-

²³⁾ Schol. ad Av. 750: *Φρύνιχος τραγωδίας ποιητής, ὃς ἐπὶ μελοποιίας*
ἐθανμάζετο. Ran. 910: *τοῦτον δὲ (Φρ.) ἐπαινοῦσιν εἰς τὴν μελοποιίαν*.

sima e veteribus Phrynichi Phoenissis carmina canentes.²⁴⁾ Quam ob rem etiam per Aeschylum poeta Phrynicho laudes tribuit dicentem coram Dionysio in Ran. 1298:

ἀλλ' οὖν ἐγὼ μὲν ἐς τὸ καλὸν ἐκ τοῦ καλοῦ
ἤνεγκον αὐθ', ἵνα μὴ τὸν αὐτὸν Φρυνίχῳ
λειμῶνα Μουσῶν ἱερὸν ὀφθεῖν ὀρέπων.

At ego ex alio bono in aliud bonum haec traduxi, ne viderer eadem Musarum sacra prata quae Phrynichus carpere. Difficultates insunt in his versibus non exiguae, praesertim quum scholiasta prorsus falsa attulerit vel, liceat Fritzschi verbis uti, toto coelo erraverit, dicit enim: ἐκ γὰρ τοῦ καθαρωδικοῦ καλοῦ ὄντος εἰς τὸ τραγωδικὸν μετήνεγκα, ἵνα μὴ εἰς ταῦτα τοῖς ὑπὸ Φρυνίχῳ μέλεσι προεισηγημένοις ἐμπίπτω, ex quibus verbis nihil aliud lego nisi Aeschylum dicere, per se tragoediam ex suavissimis numeris lyricis, qui quidem boni sint ad modos vere tragicos, qui idem boni sint, esse perductam, carmina melica per se esse melius accomodata tragoediae. Quae quam minime apta ad cursum orationis sint quis non videt? Bacchus interrogaverat, unde isti versus petiti essent; Aeschylus autem neque ostendit, unde potissimum eos ipse sumsisset, et negavit, se eos a Phrynicho mutuatum esse.²⁵⁾ Quosnam duces Aeschylus videretur secutus esse, id qui nos doceret, nemo inventus. Aeschylus igitur dicit: „ego haec e commodo loco (aeolicorum lyricorum poesi) in alium locum non minus commodum (in tragoediam) transtuli.“ Jure igitur dici potuit in Thesm. 164: καὶ Φρύνιχος, τοῦτον γὰρ οὖν ἀκήχοας, αὐτός τε καλὸς ἦν, καὶ καλῶς ἠμπέσχετο· διὰ ταῦτ' ἄρ' αὐτοῦ καὶ κάλ' ἦν τὰ δρᾶματα. Phrynichus quoque — nam de hoc profecto audisti — et ipse pulcher erat et pulchre erat vestitus; propterea etiam fabulae eius fuerunt pulchrae. Quae si omnia animo comprehenderimus, Euripidem sua opinione falsa ductum dixisse in-

24) Schol. ἀρχαίω... πεποιήται δὲ ἡ λέξις παρὰ τὸ ἀρχαῖον καὶ τὸ μέλος καὶ τὸ Σιδῶν καὶ τὸ Φρύνιχος καὶ τὸ ἐρατόν. Φρ. ἔγραψε δρᾶμα Φοινίσσας ἐν ᾧ μέμνηται Σιδωνίων. τὰ δὲ μέλη εἶπε διὰ τὴν γλυκύτητα τοῦ ποιητοῦ. Ἄλλως. ὅτι δὲ ὀνόματος ἦν καθόλου μὲν ὁ Φρύνιχος ἐπὶ μελοποιίᾳ, μάλιστα δὲ τὸ „καὶ Σιδῶνος προλιπόντα ναόν“ ἢ „Σιδῶνιον ἄστῳ λιπόντες.“

25) Utor in his versibus explicandis optimis Fritzschi verbis (ad Ran. p. 392 seq.), quae tamen, qualia l. l. invenies, non omnia nunc doctissimo viro probantur, id quod ipse dixit in libello de origine tragoediae p. 8. (Rost. 1863.)

veniemus, Aeschylum accepisse spectatores fatuos et apud Phrynichum educatos. (Ran. 910: *μώρους λαβὼν παρὰ Φρυγίῳ τραφέντας*.) Fuerunt sane Phrynichi temporibus Athenienses simplices neque falsis sophistarum artificii corrupti, quapropter eis Euripides ex sua opinione nomen stultorum indere poterat.²⁶⁾ Iam absolutis eis, quae de tribus Phrynichis dicenda erant, revertatur unde digressa est oratio; restat igitur, ut pauca de eo addam, cui locus recte hic est tribuendus, de poeta comico, Eumomidae filio, qui dicitur a Didymo in schol. *ἐν ταῖς κομφοδαῖς φορτικεούμενος*, molestus et insulsus. Ridentur eius comoediae, in quibus insint agrestes ioci, ab Aristophane in Ranis (v. 13), quae reprehensio non magni est habenda, quum ex Bergleri egregia coniectura fere constet, eam inventam esse ad odium in Phrynichum conflandum, qui cum Ranis „Musas“ in certamen induxit. Opprobrio praeterea ei vertitur, quod res ab aliis iam pertractatas sibi vindicet, quod metris non bene utatur.

Si eundem, quo incohavimus ordinem Meinekio duce persequemur, nobis dicendum erit de Platone, cuius mentionem facit poeta nullam. Nihilo secius pauca hic erunt referenda, quum unum alterumve fragmentum, quum de rebus Atheniensium publicis dicendum erit, — perstringit enim ut Eupolis homines, qui civibus praesunt — excerpatur necesse sit et Aristophanis scholia non nullas Platonis fabulas non ignorent. Primam docuit fabulam Ol. 88., penuria ductus aliis scripsisse comoedias traditur. Unus fuit ex iis, qui aetatem suam futilibus rhetorices artibus esse inquinatam et corruptam, Themistoclis tempora aetati aureae propiora fuisse putarent; fabulas docuit XXIV, tituli traduntur hi: *Ἄδωνις*, *Αἰ ἀφ' ἱερῶν* (Mulieres a sacris redeuntes), *Ἀμφιάρεως* (Schol. in Plut. 174.) *Γρόπες*, *Δαίδαλος*, *Ἐλλὰς ἢ Νῆσοι*, *Ἐορταί*, *Εὐρώπη*, *Ζεὺς κακούμενος*, *Κλεοφῶν*, quae fabula scripta est in Cleophontem, hominem turbulentissimum et auram po-

²⁶⁾ Contra Fritzsche, de orig. trag. p. 7: „Maximam partem (a Phrynicho) res mythicae partim etiam ut in „Phoenissis“ historicae neque tragoedia indignae tractatae sunt, sed paucis necdum satis decore, iudice idoneo Aristophane, qui in Ran. v. 908 verbis *μώρους λαβὼν παρὰ Φρυγίῳ τραφέντας* diverbie Phrynichi aparte vituperavit.“ Quae poetae verba si ad diverbia referemus Phrynichi, in quibus unum actorem cum coryphaeo colloquentem fecit, rectissime Fritzschius iudicavit.

pularem foede captantem, in qua Cleophontis matrem, Thressam, in scenam produxit eamque piscibus pabulum expositam esse finxisse videtur (Schol. in Ran. 681. Bergk, de reliq. p. 388. Fritzsche ad Thesm. p. 289 sequ. et Quaest. Arist. p. 255.) *Λάϊος*, *Λάκωνες* ἢ *Ποιηταί*, *Μενέλεως*, *Μέτοικοι*, *Μύρμηκες*, *Νίκαι*, *Νῦξ μαχρά*, *Ἐάνται* ἢ *Κέρκωπες*, *Παιδάριον*, *Πείσανδρος* (Arist. Pac. 394. Av. 1556.), *Περιαλγής* (Schol. Av. 1297: *δηλοῖ δὲ τοῦτο Πλάτων* [legitur etiam nunc *Ἀριστοφάνης*, cf. Meineke, hist. crit. p. 182] ἐν *Περιαλγεί*), *Ποιητής* (Schol. Ran. 1159: *Πλάτων Ποιητῆ*), *Πρέσβεις*, *Σκευαί* (Schol. Av. 151: *Πλάτων δὲ Μελάνθιον ἐν Σκευαῖς ὡς λάλον σκόπτει*²⁷), *Σοφισταί* (Schol. Nub. 330.) *Συμμαχία*, *Σύρφαξ* ἢ *Μωμοδήγῃρα*, *Φάων* (Schol. Plut. 179: *Πλάτων ἐντῷ Φάωνι*), *Υπέμβολος*, quem iam supra ab Eupolide risum vidimus.

Iam quoniam de summis veteris comoediae poetis Aristophane excepto verba fecimus et pervenimus ad magnum illud agmen minorum gentium quid impedit, quominus materiam circumscribamus et ad id festinemus, quod summum relinquitur? Pauca igitur sufficiant de poetis, quorum nomina nobis traduntur, de quibus fere nihil exstat nisi tituli exiguaeque comoediarum fragmenta. Iam Aristonymum vixisse eisdem, quibus Aristophanes floruit, temporibus, pro certo habemus. Amipsias bis cum Aristophane certamen iniit eumque vicit Conno et Commissatoribus, quod Fritschius (Quaest. Ar. p. 256) non pro iudicio habet, sed pro maxima iniuria, quippe quum putet Avibus meliorem comoediam ab Amipsia, frigido poeta, inveniri non potuisse. Quam ob rem prope est, inquit vir doctissimus, ut gaudeam tam pauca fragmenta ad nos pervenisse ut mihi in Conno Amipsiae non diutius morandum sit. Alii mirentur Amipsiam; nihil enim impedio. Ab Aristophane vero aegre ferente, quod abierit ὕπ' ἀνδρῶν φορτικῶν ἡττηθεῖς non tam Cratinum quam Amipsiam significari, iam recte adnotat scholiasta. Commemoratur inter insulsos poetas in Ran. 15:

εἴπερ ποιήσω μηδὲν ὄνπερ Φρόνιχος
εἴωθε ποιεῖν καὶ Λύκις κάμειφίας.

²⁷) Fritzsche, Thesm. 224: Nihil dubitamus, quin duplex titulus *Σκευαί Πλάτωνος* atque *Σχηναί Ἀριστοφάνους* fallente nominis similitudine iam antiquitus commixtus fuerit.

Qui cum eo coniungitur *Λύκις* fortasse ex errore natus est; nam quae scholiasta et Suidas de eo referunt, certe ex nostro versu sunt orta neque aliud quidquam de eo scimus. Neque est igitur, cur non cum Kockio mutemus in: *εἶωθε ποιεῖν κἀπίλυκος κἀμειψίας*. De eo, quod Fritzschius vult scribi *καὶ Λυκισαμειψίας* videas ipsum in Comm. ad Ran. p. 6.

Archippi, Aristomenis, qui cum Aristophanis Equitibus docuit *Ἰλοφόρους*, Calliae, Hegemonis, Leuconis, cuius fabula, quae *Φράτερες* inscribitur, vicit tertia cum Aristophanis Pace, Metagenis, Strattidis vix est, cur memores simus. Cur plura proferam de Theopompo, Alcaeo, Eunico, Cantharo, Diocle, Nicochare, qui cum Aristophanis Pluto certamen iniit, Nicophonte, cuius *Ἀδωνίς* eodem die, quo Aristophanis Plutus docta est,²⁸⁾ Philyllio, Polyzelo, Sannyrione, qui propter corporis maciem (*λεπτότητα*) ridetur,²⁹⁾ Demetrio, Apollophane, Cephisodoro, aliis? quum iam satis sit dicere ab Aristophane eos non magni habitos, certe fere neglectos esse, quod et plurimorum nugas contemnebat et aliam finem atque isti persequabatur. Nam quum Aristophanes plerumque versaretur in perstringendis eis hominibus, in quos omnium oculi erant conversi, qui ab omnibus fere suae aetatis hominibus vel magni habebantur vel in odio erant, quumque idem ut assequerentur sibi proposuissent praeclari alii veteris comoediae poetae, magna fuit inter hos viros aemulatio. Sed hi, de quibus nisi nomina fere nihil attulimus, a vita publica se averterunt et, id quod priore veteris comoediae Atticae aetate rarissime nobis occurrit, aliam sibi sumunt materiam: Rixas meretricum, convivia amantium in scenam producunt, lusus in deos collatos, parodias in versus poetarum vel aequalium vel defunctorum cumulas, aenigmata inter convivas data in fabulis pertractant. Praeterea

²⁸⁾ Anonym. in argum. Pluti: *Πλοῦτος ἐδιδάχθη ἐπὶ ἄρχοντος Ἀντιπάτρου, ἀνταγωνιζομένου αὐτῷ Νικοχάρους μὲν Λάκωσιν, Ἀριστομένους δὲ Ἀδμήτῳ, Νικοφῶντος δὲ Ἀδώνιδι, Ἀλκαίου δὲ Πασιφάγῃ*. Quae ita disiungit Fritzsche, ut dicat (Quaest. Arist. p. 187.): Equidem potius censeo, alteros binos ex his quatuor Comicis cum Pluto I. certasse (Ol. XCII, 4, Diocle archonte) alteros vero binos cum Pluto II (Ol. XCVII, 4, archonte Antipatro) Neque alteros ab alteris discernere magni laboris est.

²⁹⁾ Memor eius est Aristophanes in Gerytade (Fragm. II, 2. p. 1005), quam fabulam, quum versatam eam esse in ludendis poetis constet, perditam esse dolemus.

negari non potest, in comoediis eis, quae vel ipase vel quorum fragmenta exstant, compositis temporibus senescentis Aristophanis, non tam vehementer poetam invectum esse in singulos homines, quam eum ardentem videmus in Acharnensibus, Equitibus, iuvenili aetate doctis. Senex igitur poeta ut omnes homines temporum rationem habens neque sibi ipse constans vires perdidit.

Quae quum ita sint nihil restat nisi ut de Aristophane ipso, qui sui ipsius saepissime in fabulis mentionem facit, pauca disseram.

Aristophanes quando natus sit, nescimus neque ex iis, qui adhuc exstant, fontibus evolvere possumus. Eum tamen fere inde ab Ol. 84 usque ad Ol. 100 vixisse pro certo habebimus. Patris nomen fuit Philippus, matris Zenodoram fuisse Thomas Magister enarrat, de uxore certi nihil traditum est; fuerunt *ἑ*i tres filii Araros, Philippos, Nicostratus (sive Philetaerus), qui ipsi comici poetae patris gloriam non auxerunt. Cydathenaeum eum ex Pandionide tribu fuisse tradit Anonymus de vita Aristophanis (ap. Westerm. biogr. p. 155): *τῶν δῆμων Κυδαθηναίεύς, Πανδιονίδος φυλῆς*. Aegina in insula poetam habuisse praedia ex ipsius verbis coniciamus necesse est; dicit enim in Acharn. v. 652 sequ.:

*Διὰ ταῦθ' ὕμᾶς Λακεδαιμόνιοι τὴν εἰρήνην προκαλοῦνται
καὶ τὴν Αἴγινα ἀπαιτοῦσιν· καὶ τῆς νῆσου μὲν ἐκεῖνης
οὐ φροντίζουσ', ἀλλ' ἵνα τοῦτον τὸν ποιητὴν ἀφέλωνται.*

Propterea Lacedaemonii pacem a vobis impetrant et Aeginam repetunt: insulam quidem illam non magni aestimant, sed hunc poetam (qui hanc fabulam composuit) demere volunt. Quae verba quominus referamas ad Callistratum, quod fecerunt non nulli viri docti, prohibent causae, quae mihi videntur gravissimae, quas infra proferam. Quodsi constat, Aristophanem in Aegina praedia possedissee, iam scimus, cur et alii multi homines et Cleo, vir poetae inimicissimus, poetae crimini verterint, quod peregrinus sit. De Cleone autem, quid poeta senserit, et quae exstant fabulae Equitum et Acharnensium luculentissime demonstrant et fragmenta aliorum fabularum, praecipue Babyloniorum, comprobant. Qua in fabula Cleonem perstrictum esse scimus praeterea ex Acharn. v. 377 sequ.:

αὐτός τ' ἐμαντὸν ὑπὸ Κλέωνος ἄπαθον
 ἐπίσταμαι διὰ τὴν πέρουσι κωμφοδίαν.
 εἰσελκύσας γάρ μ' ἐς τὸ βουλευτήριον
 διέβαλλε καὶ ψευδῆ κατεγλώττιζέ μου
 κάκχυκλοβόρει κάπλυνεν, ὥστ' ὀλίγου πάνυ
 ἀπωλόμην μολυνοπραγμονούμενος.

Quae a Cleone passus sum propter comoediam anno antecedente editam (Babylonios), ipse scio. Postquam enim in senatum me traxit, calumniatus est et falsa crimina in me vertit et magnis clamoribus (me) obtudit et maledictis proscidit, ut fere nihil abfuerit, quin foedatus eius conviciis perirem. Ad quae adde, quae dicit in Acharn. v. 300: ὡς μεμίσηκά σε Κλέωνος ἔτι μᾶλλον, ὃν ἐγὼ τεμῶ τοῖσιν ἵππεῦσι καττύματα.

Quibus cum verbis optime coniungentur, quae dicuntur in Acharn. v. 659:

πρὸς ταῦτα Κλέων καὶ παλαμάσθω
 καὶ πᾶν ἐπ' ἐμοὶ τεχταινέσθω

Cleo et machinetur et quodcunque vult in me fabricetur. Aristophanes enim traditur a Cleone accusatus esse et quod sociis praesentibus in Babylonii civitatem et magistratus luserit et quod peregrinus sit. Longum erit neque huic loco aptum enarrare, quaecumque de Cleone ab Aristophane dicta sunt. Sufficiat his paucis versibus demonstrasse aliter Cleonem aliter Socratem rideri. Si quis attento animo Nubium fabulam perlegerit, inimicitiae acerbae nihil in philosophum inveniet; per multas vero fabulas in Cleonem non solum irrisio sed etiam odium quam gravissimum transit, quod odium non ortum est ob inimicitias privatas, sed quod a coriario illo rem publicam ad perniciem duci poeta vidit. Itaque ut bonus vir rem publicam ab interitu servaret, ante oculos civium produxit Cleonis avaritiam, aviditatem, calumnias, mendacia. In gratiam redire cum homine, quem pro maxime nefario habuit, poeta non potuit, qua propter illud εἰσὶ τινες οἳ μ' ἔλεγον ὡς καταδιηλλάγγην (Vesp. 1284) ut falsum rumorem reiecit cf. Fritzsche, Quaest. Arist. p. 312 sequ. Wähdel, de Cleonis apud Arist. persona. Prima, quam composuit, fabula inscribitur *Δαιταλεῖς*, cuius fabulae poeta ipse memor est in Nub. 528:

ἐξ ὅτου γὰρ ἐνθάδ' ὑπ' ἀνδρῶν, οἷς ἡδὺν καὶ λέγειν,
ὁ σώφρων τε χῶ καταπύγων ἄριστ' ἡκουσάτην, . . .
ἐκ τούτου μοι πιστὰ παρ' ὑμῶν γνώμης ἔσθ' ὄρκια.

Ex quo hic hominibus, coram quibus verba facere iucundum est, „Modestus et Cinaedus“ probata est, . . . ex eo tempore satis mihi spectatum est vestrum iudicium. Satis enim constat, in Daetalensibus poetam in scenam produxisse patrem cum duobus filiis, quorum alter novorum studiorum fautor erat alter veterem disciplinam sectabatur.

Daetalenses subsecuta est fabula, quae inscribitur Babylonii, quam exceperunt Acharnenses, cet.

Iam mihi attingenda est res, quae a multis viris doctissimis est tractata, in qua quicumque fere de ea cogitavit alius sententiae auctor est, dico de iis locis, in quibus Aristophanis commemoratio coniungitur cum Philonidis et Callistrati: Bergkii, Fritsche, Kock, Ranke, alii multi in hac re perspicienda elaboraverunt et desudaverunt. Sin vero, quae mihi de locis, qui Philonidi et Callistrato tribuendi sunt, probabilia videntur, paucis dicam antiquissimum habeo praecipuos, quibus nititur disquisitio, proferre locos; sunt autem fere hi:

Gramm. de comoedia p. 536, 22 (ed Meineke. hist. crit.)
ἐδίδαξε δὲ πρῶτος (Bekk. πρῶτον) ἐπὶ ἄρχοντος Διοτίμου διὰ Καλλιστράτου. τὰς μὲν γὰρ πολιτικὰς τούτῳ φασὶν αὐτὸν διδόναι, τὰ δὲ κατ' Εὐριπίδου καὶ Σωκράτους Φιλωνίδῃ.

De vita Arist. p. 542, 26 (ed Meineke): εὐλαβῆς δὲ σφόδρα γενόμενος τὴν ἀρχὴν ἄλλως τε εὐφυῆς τὰ μὲν πρῶτα διὰ Καλλιστράτου καὶ Φιλωνίδου καθίει δράματα. διὸ καὶ ἔσχωπτον αὐτὸν Ἀριστωννός τε καὶ Ἀμειψίας τετράδι λέγοντες αὐτὸν γεγονέναι, κατὰ τὴν παροιμίαν, ὡς ἄλλοις πονοῦντα. ὕστερον δὲ καὶ αὐτὸς ἡγωνίσσατο.

De vita Arist. p. 545, 26: ὑποκριτὰ Ἀριστοφάνους Καλλίστρατος καὶ Φιλωνίδης, δι' ὧν ἐδίδασκε τὰ δράματα ἑαυτοῦ, διὰ μὲν Φιλωνίδου τὰ δημοτικά, διὰ δὲ Καλλιστράτου τὰ ἰδιωτικά.

Argum. Acharn.: ἐδιδάχθη ἐπὶ Εὐθύνου (sic leg.) ἄρχοντος ἐν ληναίοις διὰ Καλλιστράτου Argum. Vesp.: ἐδιδάχθη ἐπὶ ἄρχοντος Ἀμεινίου διὰ Φιλωνίδου [ἐντῆπθ' Ὀλυμπιάδι]. δεύτερος ἦν. εἰς λήνια. καὶ ἐνίκα πρῶτος Φιλωνίδης Πράγωνι, Λεύκων Πρέσβεσι τρίτος.

Argum. Av. ἐπὶ Χαβρίου τὸ δρᾶμα καθῆκεν εἰς ἄστν διὰ Καλ-

λιστράτου· εἰς δὲ λήναια τὸν Ἀμφιάραιον ἐδίδαξε διὰ Φιλωνίδου.
 Argum. Lys. ἐδιδάχθη ἐπὶ Καλλίου ἄρχοντος τοῦ μετὰ Κλεόκριτον
 ἄρξαντος. εἰσῆχται δὲ διὰ Καλλιστράτου.

Arg. Ran. ἐδιδάχθη ἐπὶ Καλλίου τοῦ μετὰ Ἀντιγένη διὰ Φιλω-
 νίδου εἰς Αἴναια.

Suid. Σαμίων ὁ δῆμος· — τοὺς δὲ Βαβυλωνίους ἐδίδαξε διὰ
 Καλλιστράτου Ἀριστοφάνης ἔτεσι πρὸ τοῦ Εὐκλείδου καὶ ἐπὶ Εὐκλέους.

Quibus multis locis sunt addendi ii versus, in quibus ipse
 dicit Aristophanes de hac re; Equit. 512:

ἂ δὲ θαυμάζειν ὑμῶν φησιν πολλοὺς αὐτῷ προσιώντας
 καὶ βασανίζειν πῶς οὐχὶ πάλαι χορὸν αἰτοίη καθ' ἑαυτόν,
 ἡμᾶς ὑμῖν ἐκέλευε φράσαι περὶ τούτου. φησὶ γὰρ ἀνὴρ
 οὐχ ὑπ' ἀνοίας τοῦτο πεπονθῶς διατρίβειν, ἀλλὰ νομίζων
 κωμφοδοδιδασκαλίαν εἶναι χαλεπώτατον ἔργον ἀπάντων·
 πολλῶν γὰρ δὴ πειρασάντων αὐτὴν ὀλίγοις χαρίσασθαι·
 ὑμᾶς τε πάλαι διαγιγνώσκων ἐπετείους τὴν φύσιν ὄντας
 καὶ τοὺς προτέρους τῶν ποιητῶν ἅμα τῷ γήραι προδιδόντας·

Equit v. 541:

ταῦτ' ὀρθῶδων διέτριβεν αἰεὶ, καὶ πρὸς τούτοισιν ἔφασκεν
 ἐρέτην χορῆναι πρῶτα γενέσθαι πρὶν πηδαλίους ἐπιχειρεῖν,
 κατ' ἐντεῦθεν πρφατεῦσαι καὶ τοὺς ἀνέμους διαδρῆσαι,
 κατὰ κυβερναῶν αὐτὸν ἑαυτῷ.

Nub. 528.

ἐξ ὅτου γὰρ ἐνθάδ' ὑπ' ἀνδρῶν, οἷς ἡδὺ καὶ λέγειν,
 ὁ σῶφρων τε χῶ καταπύγων ἄριστ' ἤκουσάτην,
 κάγω, παρθένος γὰρ ἔτ' ἦν, κοῦκ ἐξῆν πῶ μοι τεκεῖν,
 ἐξέθγηκα, παῖς δ' ἑτέρα τις λαβοῦσ' ἀνείλετο,
 ὑμεῖς δ' ἐξεδρέφατε γενναίως κάπαιδεύσατε·
 ἐκ τούτου μοι πιστὰ παρ' ὑμῶν γνώμης ἔσθ' ὄρκια.

Vesp. 1016.

μέμφασθαι γὰρ τοῖσι θεαταῖς ὁ ποιητὴς νῦν ἐπιθυμεῖ.
 ἀδικεῖσθαι γὰρ φησιν πρότερος πόλλ' αὐτοὺς εἰς πεποιηκῶς,
 τὰ μὲν οὐ φανερώς ἀλλ' ἐπικουρῶν κρύβδην ἐτέροισι ποιηταῖς,
 μιμησάμενος τὴν Εὐρυκλέους μαντεῖαν καὶ διάνοιαν,
 εἰς ἄλλοτρίας γαστέρας ἐνδὺς κωμωδικὰ πολλὰ χέασθαι·
 μετὰ τοῦτο δὲ καὶ φανερώς ἤδη κινδυνεύων καθ' ἑαυτόν,
 οὐκ ἄλλοτρίων ἀλλ' οἰκείων Μουσῶν στόμαθ' ἠνιοχίσσας.

Si quis huic vel illi enarrationi plus momenti tribuit, quum inter se minime consentiant, ad alium finem quaestio ducitur. Videamus, quid putent viri docti. Quibus ex locis conicit Bergkii Callistrati nomine doctas esse Daetalenses, Babylonios, Acharnenses, Aves, Lysistratam, Philonidis Vespas et Proagonem, Amphiarum, Ranas, Nubes. Longae disputationi subiungit vir doctissimus hanc summam, in qua dicit (p. 939), „Aristophanem prae iuvenili verecundia cum primum scriberet comoedias, eas Callistrato commendavisse, sed postea quoque, cum iam ipse fabulae docendae periculum fecisset, eandem retinuisse consuetudinem et plerumque vel Callistrati vel Philonidis industria usum esse; utrumque poetam, non histrionem fuisse; ne ipsum quidem Aristophanem in Equitibus Cleonis partes suscepisse; Aristophanis laudem, quamvis sub alieno nomine delitescerentem, cito omnibus innotuisse, itaque hunc, non Callistratum, ter aut ab ipso Cleone aut ab alio quo quem ille subornaverat, in iudicium vocatum esse.“ Callistrato commendavisse, dicit Bergkii, Aristophanem fabulas. Si quis sibi viam gloriae aperire vult, satius erit fabulas suas homini tradere, cui iam satis magna gloria est, quam Callistrato fuisse recte negari potest, quum de eo nihil tradatur, nisi quo cum Aristophanis fabulis coniungitur. Nobis vero quaerentibus sufficere vel paucos versus Equitum, quam fabulam a poeta ipso doctam esse constat, legisse ut dicamus, eundem animum inimicissimum in Cleonem transire et per Equites et per Acharnenses eumque ex eodem auctore oriri, unde apparet, eundem poetam docuisse et Equites et Acharnenses. Iam nos, Acharnensium versus eos, qui et Babylonios (*τὴν πέρουσι χωμφόδιαν*) et Cleonem tangunt, respicientes, non fugiet, Babylonios ab eodem esse doctam, a quo Acharnenses docta est. Sed quum constet, Equites ab Aristophane ipso esse doctam, ab eodem ipso Aristophane Acharnenses et Babylonios doctas esse nobis conligendum est. Eodem modo repudianda sunt, quae Ferd. Ranke vult, quum dicit, iniurias a Cleone illatas poetae et in Acharnensibus commemoratas in Callistratum factas esse. Quis enim omnium credet, Callistratum, postquam ob Babylonios doctam in ius vocatus sit, in idem periculum se contulisse, quum Acharnenses doceret? Nonne Aristophanem inter et Callistratum eadem quae inter Orestam et

Pyladem fuit, amicitia esse debuit? Quod non modo non vix credendum sed omnino negandum est. Callistratum igitur iure eximemus e poetis comicis eumque in numerum histrionum reponeamus. Iam erunt omnia plana et perspicua repudiatis non nullis narratiunculis, quae ex Aristophanis versibus falso intellectis videntur exstitisse. Ut Aristophanes primae comoediae suae victoriam pareret, Philonidae, poetae satis cognito eam tradidit atque ita eius nomine docta est fabula Daetalensium: Cuius rei etsi non certum exstat argumentum, tamen id pro certo habebimus: nam alio nomine doctam esse fabulam vel ex eo conici licet, quod poeta in Acharnensibus Babylonios saepius respicit, Daetalensium nusquam memor est; cogimur vero hanc sententiam inire, simulac respeximus verba poetae in Nub. 528: ἐξ ὅτου γὰρ ἔνθαδ' ὑπ' ἀνδρῶν κ. τ. έ., ubi scholiasta dicit ad παῖς δ'έτέρα· Φιλωνίδης καὶ Καλλίστρατος. Nam quoniam vidimus, Callistrati nomen minime in hanc fabulam quadrare, Philonidis unius superest. Praeterea in his verbis poetae παῖς έτέρα inesse, unam fabulam alius poetae nomine doctam esse, quum Nubes scriberet, quem fugiet? Iam commemorat poeta, quum dicit in Vesp. v. 1018 τὰ μὲν οὐ φανερώς. ἀλλ' ἐπικουρῶν κρύβδην έτέροισι ποιηταῖς, ubi de uno poeta Philonide cogitat, cuius nomine Daetalenses docta est. Quam cum doceret, primarum actorem eum fuisse puto. Nam poetas protagonistae partes in suis fabulis suscepisse satis constat. Sed quum Aristophanes non se putaret esse aptum ad has partes suscipiendas, — dicit enim ipse χαλεπώτατον ἔργον ὑπάντων εἶναι κωμωιδίασκαλίαν — etiam quum fabulae suo nomine docerentur, usus est alio protagonista, Callistrato in Babyloniiis, Acharnensibus: Quam ob rem recte Amipsias et Aristonymus ei opprobrio verterunt, quod suas fabulas ad alios transferret. Διὰ Καλλιστράτου igitur est nihil aliud nisi „actore Callistrato.“ (Fritzsche, Quaest. Arist. p. 316) Si Meineke (Hist. crit. p. 110.) dicit, quum explicat Athenaei verba p. 216, d. Ἐὐπολις τὸν Ἀυτόλυκον διδάξας διὰ Δημοστράτου χλευάζει τὴν νίκην τοῦ Ἀυτόλυκου, olim se ita hoc loco abusum esse, ut Demonstratum histrionem fuisse diceret, haec Athenaei verba mihi videtur olim recte perspexisse, sed quum historiam criticam scriberet et de poeta Demonstrato cogitaret, errasse. Quum vero uno anno duas fabu-

las in scenam producere vellet poeta, Vespas et Proagonem, alteram suo, alteram rursus Philonidis nomine docuit. Raro autem poeta videtur ipse chorum produxisse, quod protagonistae est. „Verum enim Aristophanes — utor optimis Fritzschi (Quaest. Arist. p. 314) verbis — melius sciebat domi scribere fabulas, quam ipse eas in pulpito peragere. Neque enim Comicus, ut arbitror, scribendi laborem unus sustinisset, fructus iucunditatisque magnam partem alii protagonistae reliquisset, nisi pulchre intelligeret, se in scena haud pulcherrime staturum esse.“

Quam meam sententiam iam diu fotam vix prodere ausus sum, quum me in literis tironem unum fere eam fovere viderem et putarem, multas antiquitatis Graecae partes esse ita a me neglectas, ut mihi invito transeundum esset ad sententiam alterius viri doctissimi. Quum vero eandem reperirem sententiam edictam et probatam a Fritzschio, viro et in tota antiquitate et in Aristophane comoediaque Graeca versatissimo, mihi rem iam a multis viris doctis tractatam animo perpendenti nihil impedimento esse visum est, quominus sententiam meam ederem. „Poeta igitur Philonides a Callistrato primarum actore diligenter discernendus est.“

Quum quae praeterea de Aristophane dicenda videantur, ad aliam scribendi datam occasionem differre mihi proposuerim, antiquissimum habeo, exiguam subiicere tabulam, in qua res gravissimae, quae ad antiquam comoediam Atticam pertinent, in temporum ordinem redactae sunt:

- Ol. 45. (596.) Susario Megarensis.
- Ol. 65, 1. (520.) Cratinus nascitur.
- Ol. 73, 2. (486.) Chionides fabulas docet.
- Ol. 79. (460.) Magnes floret.
- Ol. 83, 1. (447.) *Κρατίων Ἀρχίλοχος.*
- Ol. 86, 2. (434.) *Λυσίππου Καταχῆναι.*
- Ol. 88, 1. (427.) *Ἀριστοφάνους Βαβυλώνιοι.*
Ἐρμίππου Φορμοφόροι.
- Ol. 88, 3. (425.) *Ἀριστοφάνους Ἀχαρνῆς.*
Κρατίων Χειμαζόμενοι.

- Εὐπόλιδος Νουμηνίαι.*
Ol. 88, 4. (424.) Ἄριστοφάνους Ἰππῆς.
Κρατίνου Σάτυροι.
Ἄριστομένους Ὑλοφόροι.
Εὐπόλιδος Ἀστράτευτοι
Ol. 89, 1. (423.) *Κρατίνου Πυτίνη.*
Ἀμειφίου Κόννος.
Ἄριστοφάνους Νεφέλαι α΄.
Ol. 89, 2. (422.) Ἄριστοφάνους Προάγων.
Ἄριστοφάνους Σφῆκες
Λεύκωνος Πρέσβεις.
Ol. 89, 3. (421.) *Εὐπόλιδος Κόλακες.*
Ἄριστοφάνους Εἰρήνη.
Λεύκωνος Φράτερεις.
Ol. 89, 4. (420.) *Εὐπόλιδος Μαρικᾶς.*
Εὐπόλιδος Αὐτόλυκος.
Φερεκράτους Ἄγριοι.
Ol. 91, 1. (415.) [Ἄριστοφάνους Νεφέλαι β΄.]
[*Εὐπόλιδος Βάπται.*]
Ol. 91, 2. (414.) [Πλάτωνος Ὑπέροβολος.]
Ἀμειφίου Κομμασταί.
Ἄριστοφάνους Ὀροιδες.
Φρυνίχου Μονότροπος.
Ol. 91, 4. (412.) [*Εὐπόλιδος Δῆμοι.*]
Ol. 92, 2. (410.) Ἄριστοφάνους Λυσιστράτη.
Ol. 92, 3. (409.) Ἄριστοφάνους Θεσμοφοριάζουσαι
Ol. 92, 4. (408.) Ἄριστοφάνους Πλοῦτος α΄.
Νικοχάρους Λάκωνες.
Ἄριστομένους Ἀδμητος.
[*Νικοφῶντος Ἀδωνις.*]
Ἄλκαίου Πασιφάη.]

Ol. 93, 3. (405.) Ἀριστοφάνους Βάτραχοι.

Φρυγίγου Μοῦσαι

Πλάτωνος Κλεοφῶν.

Ol. 97, 2. (490.) Πλάτωνος Φάων

Ol. 97, 4. (388.) Ἀριστοφάνους Πλοῦτος β'.

Νικοφῶντος Ἄδωνις.

Ἀλκαίου Πασιφάη.



S. Calvary & Co. (G. H. Simon).
Spezialgeschäft für Philologie und Naturwissenschaft.
Berlin, Oberwasserstrasse 11.

Druck von J. Dräger's Buchdruckerei (C. Feicht) in Berlin.

Si quis huic vel illi enarrationi inter se minime consentiant, ad aliam non veniant. Videamus, quid putent viri docti. Quod Bergk Callistrati nomine doctas esse Daedalus, Aves, Lysistratam, Philonidis, Aristophanem, Ranas, Nubes. Longae disputationis hanc summam, in qua dicitur Callistratum iuvenili verecundia cum primum scribitur Callistrato commendavisse, sed postea quod periculum fecisset, eandem Callistratum plerumque vel Callistrati vel Philonidis nomine poetam, non histrionem fuisse; et Aristophanem in Equitibus Cleonis partes suscipere, quamvis sub alieno nomine delitescere, et itaque hunc, non Callistratum, ter autem quod quem ille subornaverat, in iudicio Callistrato commendavisse, dicit Bergk, quis sibi viam gloriae aperire vult, sibi tradere, cui iam satis magna gloria fuisse recte negari potest, quum de Callistrato cum Aristophanis fabulis coniungitur, Callistratum sufficit vel paucos versus Equitum, Callistratum doctam esse constat, legisse ut dicantur Callistratum cissimum in Cleonem transire et periculum eumque ex eodem auctore oriri, unde dicitur Callistratum docuisse et Equites et Acharnenses versus eos, qui et Babylonios (τῶν) Cleonem tangunt, respicientes, non fugientes, Callistratum doctam, a quo Acharnenses docta est, Callistratum ab Aristophane ipso esse doctam, Callistratum Acharnenses et Babylonios doctas esse. Eodem modo repudianda sunt, quae dicitur Callistratum, iniurias a Cleone illatas poetae Callistratum moratas in Callistratum factas esse. Callistratum, postquam ob Babylonios in idem periculum se contulisse, quum Aristophanem inter et Callistratum

tribuit, quum
aestio ducitur.
conicit Berg-
ylonios, Achar-
nagonem, Am-
ungit vir doc-
tophanem prae-
ias, eas Calli-
m ipse fabulae
suetudinem et
m esse; utrum-
em Aristopha-
phanis laudem,
bus innotuisse,
ne aut ab alio
esse." Calli-
m fabulas. Si
pulas suas ho-
am Callistrato
atur, nisi quo
o quaerentibus
n a poeta ipso
animum inimi-
er Acharnenses
undem poetam
Acharnensium
δίαν) et Cleo-
ab eodem esse
constet, Equites
so Aristophane
nligendum est.
vult, quum di-
nsibus comme-
omnium credet,
ius vocatus sit,
oceret? Nonne
ter Orestam et

